alijs quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non deferendis ad quietationem praeterea ultra proximos Iudicij praefati Tribunalitij Regni Lublinens. Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac per omissa omnia Literis simplicibus que triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. His suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad ipsa omnia mediantibus.

Szuszycki Baczynskie[n] cedit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus, Nobilis Iwan Szuszycki Popowicz sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iuris dictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto, nempe de summa Viginti Trium Florenorum Polonicalium, sibi recognoscenti per Nobilem Andream Baczynski Kotłowicz, olim Nobilis Alexandri Baczynski filium super Bonis ipsius proprijs et haereditarijs, videlicet Trzy Zagony Pola, ieden Zagon w Korczynie Blondu, drugi pod Żołobkiem, trzeci za Dnistrem, puł niwy

1822.

od granice Sozanskiey do Dniestru in Villa Baczyna,
Terra et Districtu praesenti Premysliensi consistens
Actis Officii praesentis inscripta, et ad solvendum aequi-
vata: tum et de ipsa Inscriptione obligatoria annuali,
Castrensi Premysliensi, atque Bonis memoratis in eadem
Inscriptione expressis, cum parata Bonorum eorundem
Jurisque praesentibus cessi Intromissione, Tuitione, Evi-
ctione, pacificeque in hucusque per se Recognoscen-
tem continuata possessione: cum omni praemissorum Iure,
Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa
quacunque, omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae
obligatoriae, Jurisque praesentibus cessi Conditionibus,
punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus
in Universum omnibus, summisque quoque suprascriptis et
Bonorum summa eadem oneratorum utilitatibus, fructi-
bus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, ob-
ventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter
Universis, nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprie-
tatis ac cuiuscunque competentiae et praerogativae pro se Re-
cognoscente, suisque Successoribus aut quopiam alio reser-
vando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et
singula praesentibus recognita ipsemet Recognoscens
tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant ac
eidem legitime serviebant, iam ex nunc et de facto,
Nobili Trehoni Baczynski Dembowicz eiusque Posteris
(accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et suffi-
cienti satisfactione:) cessit et condescendit, prout
cedit et condescendit praesentibus, omneque et inte-
grum Ius suum totum, sibi ad praemissa serviens in.

Personam eiusdem Nobilis Hrehorii Baczynski Demkowicz Cessionarii sui, eiusque Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum, summam, ac Bona, summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem transfusa, idem Recognoscens Nobilis Iwan Szuszycki Popowicz, praefato Nobili Hrehorio Baczynski Demkowicz Cessionario suo, eiusque Posteris, iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti, dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos, die quacunque volent Officiose accipiendam. Per ipsum Cessionarium suum, et ipsius Posteros, hoc idem Ius praesens cessum, summam, ac Bona, summa eadem onerata, praemissaque omnia per praesentes transfusa, cum universis eorum Utilitatibus et Usufructibus competentiaque et praerogativa qualis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis bene placitos usus fructus libere et efficaciter convertendi, praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis, praesentis cessi et transfusi vigore. Debebit et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Iwan Szuszycki Popowicz, prout se ac suos Successores, inter super Bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis, praefato Nobili Hrehorio Baczynski Demkowicz, Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Suc-

1824.

cessores in dicto Iure cesso, Summa, ac Bonis, Summa eadem
onera tis, praemissisque omnibus per praesentes transfu-
sis, et ratione eorundem omnium, praesentibus a praecesso-
rum, ab omni et quavis impetitione iuridica, quarum-
cunque personarum, cuiuscunque conditionis, status et
sexus hominis existentium. ex re, persona, et occasione
sui Recognoscentis ac suorum Successorum Iurisque praesen-
cessi tantummodo et non ultra exonerando in omni Iudi-
cio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tu-
eri, defendere, eximere intercedere et eliberare indem-
nemque cum Posteris reddere nec non hoc idem Ius
praesens cessum, Summam ac Bona, Summa eadem one-
rata, praemissaque omnia praesentibus transfusa ab
omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et
posterioribus, super eadem praemissa omnia praesentibus
condescensa, cuiuis personarum modo quocunque ortis
ex re persona, et occasione sui Recognoscentis suo-
rumque Successorum tantummodo et non ultra factis et
faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem
praemissa omnia per praesentes cessa importatis et im-
portandis Litis denique et Perlucris, Processibusque
Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris de-
pendentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni ob-
tentis et obtinendis ac super praemissis omnibus per
praesentes transfusis, itidem ex re, persona et occasione
sui Recognoscentis suorumque Successorum tantummodo
et non ultra perductis et perducendis emundare, et li-
berare, mundaque et libera semper facere, ac etiam
Intromissionem praefatam, coram Officio praesenti admissam.

in fundo Bonorum præfatorum, summa eadem præsentibus abscessa oneratorum, cum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et Usumfructum præmissorum omnium præsentibus transfusorum quovis modo, tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire, nec adimere, ipsumque Cessionarium suum et ipsius Successores in præmissis omnibus per præsentes condescensis nullo modo inquietari, ita ut is idem Cessionarius suus, cum suis Posteris, hocidem Ius præsens Cessum, Summam, ac Bona, summa eadem onerata, præmissaque omnia præsentibus cessa, cum Universis eorundem Utilitatibus et usufructibus competentiisque et prærogativis quavis quiete et pacifice, præsentis Inscriptionis Cessionariæ Vigore tenere, habere et possidere queat, illisque uti frui possit. Idque sub Vadio Summæ Viginti Trium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Iwan Szuszycki Popowicz sive eius Posteros, prænominato Nobili Athanasio Baczynski Dembowicz Cessionario suo, et eius Successoribus ob non completionem præmissorum omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Iwan Szuszycki Popowicz, vel eius Successores ad instantiam prænominati Athanasii Baczynski

Dembowicz, vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat. praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, adquietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Termino Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus, vel triplicatis Exemptionibus suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski alteri obligat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesen